

prescriptam diligenter et fideliter exequantur.

[24.] in aliis vero locis postulatos in minori numero iuxta qualitatem loci cuiuslibet, et sicut ~~pro~~ pro utilitate curie expedire videritis, de hominibus denariis regii statutis.

[25.] mandamus prefereat vobis, ut ^{ab anno 11} Angelo de Vito precessore vestro, cui exinde super hoc nostras authoritates et specialiter, recipiatis pro parte curie procurandas terras, castra, villas, raderia, vineas, molendina, balnea, domos, apothecas, baccinaria et possessiones alias ac bona stabilia nec non virtualia et quaeque alia, quae in eisdem partibus pro parte curie procurabat. de quorum omnium receptione fieri volumus tria scripta publica consimilia, quorum uno eidem precessori vestro pro cautela sua dimisso, alio vobis retento et tertium per totum mensem predictum predictis magistris rationalibus transmittatis; recepturi in duobus ab eodem Angelo precessori vestro sub sigillo in scriptis omnia mandata pendencia directi vobis super negociis fiscalibus quibuscunque, quae tempore sui officii non exhibuit executus. quae mandata iuxta ipsorum continenciam efficaciter regi procuratis, reservato tamen curie regie, quod, si dictus precessor vestra legitime et sufficienter docere nequivit, quod iuxta et probabili causa huiusmodi mandata pendencia sui officii tempore exequi nequivisset, contra eum iuxta formam, quae servatur in talibus, procedatur.